

= Jo. a. w.

A næc: ex cuius corpore centrum prodibant serpentum capite ceruices: quarū singulis caelis, duæ renascebantur: ob eamq; rem minime uincī uidebas posse, cum pars amputata ualidior redderetur. Hanc difficultatē arte superans, Io laū monuit ut euæstigio incisam ceruicē, face lignea, ne efflueret sanguis, inu-  
rere. Hoc pac̄tō superata belua, sagittas suas eius sanguine tinxit, quo illarū uulnus mortiferū redderetur. Tertius extitit labor datus, ut aprum Erymanthium Arcadiae uastantem agros, uiuum afferret. Quod mandatū admodum difficile uisum est. Oportebat enim cum eo pugnatē adeo uiribus ualidum, animoq; prouidū esse, ut in beltiæ congreffu cauereret, ne elapsa manibus, den-  
tium discriben subiret; ne'ue uī perimeret arcuus constrictam. Hoc arduū fa-  
ctu censebat: sed ea prudenter certauit, ut bestiam uiuā super humeros ad Eu-  
rystheum afferret. Qua conspecta timore ductus rex, in ḡeo se uase abscondit.  
His actis Hercules Centauros ob hanc cauam expugnauit. Pholus erat Cen-  
taurus, à quo propinquus mōs dictus est. Hic hospitem Herculem cum domi  
suscepisset, defossum anteā uini dolium extulit. Hoc tradunt cuīdam Centau-  
ro olim à Dionysio datum, imperatum q̄ ut tunc uinū proferret, cum adesset  
Hercules. Quarta postmodum progenie Pholom, uerborum Dionysij me-  
mōrem, uini dolium aiunt ob Herculis honorē reserasse. Verū eius odor,  
tum uetuslate uini, tum uirtute ingens ad propinquos Centauros delatus, e-  
brīos reddidit. Vnā igitur domū Pholū magno ingressi tumultu, ad rapinam  
uersi sunt. Pholus timens, cum se abscondisset, solus Hercules illis obstitit. Pu-  
gnandum erat cum his, qui ex matre dī erant: quib; equorū uelocitas, robur  
biformis corporis, hominū prudenter inesset. Centauri pars tedi ab radice  
auallis, pars magnis laxis, quidam accentis facibus, alijs fecuribus ingentibus  
certabant. Hercules intrepidus, pro dignitate ab se gestorum, pugnam subiit.  
Iuuit in hoc eos bello mater Nebula, maximū imbreu infundēs, qui haud no-  
cuīt quadrupedibus: hominibus uero solum lubricum fecit. Hoc auxilio ful-  
tos Centauros: Hercules tamē superior, multis eorum peremptis, reliquos in  
fugam uertit. Ex defunctis clariores erant Daphnis, Argeus, Amphion, Hip-  
potiō, Orios, Isoples, Melancties, Thiereus, Derpos, Phirixus. Qui uero aut  
fugerūt, meritam deinceps pœnam dedere. Omados, qui in Arcadia Alcinoi  
Eurysthei fororū uit attulerat, peremptus est. Qua in re Herculis uirtutē ad-  
mirati omnes sunt, qui & illum ut hostem priuatū odiret, & iniuriam sit mu-  
lieris ultus. Verū cum Pholus Centauros qui in pugna ceciderant, ut cognā-  
tos sepeliret, contigit ut sagitta à quadam auulsa leipsum feriret: quo uulne-  
re, cum curari nequit, obiit. Hunc Hercules magnifice sepelit sub monte;  
quaerēs ei gloriolior omnī columna cecidit. Ab ipso enim mons absq; alio ep̄i  
grammate Pholos cognominatur. Nam montis cognomen qui Pholos dicitur,  
non ep̄igramma aliquod, sepulti nomen repræsentat. Eodem modo &  
Chironem arte medicinae præditum, inuitus sagitta occidit. Deinceps māda-  
tum Herculū est, ut aureis cornibus ceruū uelocitatem ex iūiam, captam addu-  
ceret. hoc certamen absoluīt ingenio, quod non inutilius habetur corporis ui-  
ribus. Hanc retribus quidam captam aīūt, alijs īdagine absc̄i labore deprehen-  
sam esse dormientem. Nonnulli cōtinua fessam perlectione, esse captam uolunt.  
Quod certamen non uī aut periculo est, sed ingenio consummatū. Cum  
mandatum præterea Herculū eslet, ut aues ex Stymphalide palude pelleret, at  
te ac prudenter facile īfunctum laborem perfecit, expulsiis auibus, quæ innu-  
mera multitudine etiam fluviorum regionum fructus uastabant. Vi supe-  
rari non poterant, propter ingentem numerum: ingenio opus erat. Tabulam  
ergo æneam parauit, quæ repercutta ingenti sonitu, uolucres timore ad fugā  
compulit longinquam. Qua ex re paludem ab autum molesta exemit. Post  
haec in Herculis contemptum præcepit Eurystheus, ut aulam Augiē nemine  
tuante purgaret. Haec per multis annos contractis sordibus simoq; repleta